

Secundū ludos reddūt autem nemini.
Aures uotiuē si sunt animū aduertite
Comoedie nom̄ dare uobis uolo.
Clerumenoe uocatur hęc comedia græce
Latine sortientes. diphilus hanc græce
Scripsit: post id rursum demuo.
Latine plautus cū latranti nomine.
Senex hic. maritus habitat. ei est filius.
Is una cū patre in illisce habitat adibus
Est ei quidā seruus qui in morbo cubat.
Immo hercle uero in lecto ne quid mentiar.
Is seruus. sed abhinc annos factum ē sexdecim.
Quū conspicatus est primo crepusculo.
Puellā expomi: adit ex templo ad mulierem.
Quæ illam exponebat: orat ut eam det sibi.
Exorat: aufert: detulit reſta domum.
Dathere sue: orat ut eam curet: educ&.
Hera facit: educauit magna industria.
Quæ si esset exſe nata: non multo ſecus
Poſtq̄ adoleuit ad eam ætatem ut uiris
Placere poſſet: at eam puellam hic ſenex
Amat efflicim: & item contra filius
Nunc ſibi uterq; contra legiones parat.
Pater filiusq; clam alter: alterumq;

Pater